Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26300
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quia nos o ptnc posse sola insinuatione sperauimus. sicut illud quod in nuptiis deficiente uino domina dicit. Vinum non habent. Illud uero petit. ut defectum poculi uinum eundo aut mutando suppleas. Sed mane et reuertere pulegium debere existimauit. ut quecumque tu iniuendo uelle significaret. patri a filio repulsa non debuisset. Et hoc quidem iustum fuerat si tale aliquid abeo petisset quod ille facere posset secundum naturam quod ab ea sumptam gerebat. Nunc autem quidam iuste reprehendit. quia ab ea natam quam non decebat obedientiam exigebat in miraculo. dicens. Quid mihi et tibi est mulier. Miraculum ut facere diuinum est. non hominis. Et ideo cum amator exposuit miraculum requirit. Nequid homo sed quid deus. mulierem non matrem de presumptione causatur. Maria ut a se non quasi mater exigere a filio. sed quasi mulier si necesse fuisset miraculum humiliter postulare debebat a deo. Contemptu sit insinuatio. quam causa uilis est. ut persona quam rogat humilis. Quem omnino a oratione diuina excludit. apud homines. autem maxime superbos. et potentes magno studio exercet. et sicut in superiori ostendimus. ita quod. in his tribus differentiam inuenimus. Insinuatio ut ex fiducia perfectis euenit. ex timore incipientibus ex tentatu mali. Nebune reliquum est de oratione tractare proposuimus ad necessitatem. Quoscidam sicut mouere solet quod in orationibus nisi dominum suae pro matre suae pro aliquo salutem petere uolumus. illos etiam non nunquam psalmos. quos petitionis uba non habent. et ad nostram petitionem non pertinent decantare solemus. Et de aliis etiam scripturis quas in oratione frequentamus. similiter absurditatem producunt cum eorum modis. ut et formam orandi non habeant et illi quos nos agimus causae non concordant. Quod ut illa predest in oratione uba dicere. quibus inuenimus. ut mihi. ut aliquid quam necesse est postulare a domino. Non orat sed subsannat. porro ad uacuandum puocat dominum. quem cum ad spectum eorum quasi postulaturus uenit. subito ad alia quae mihi ad rem uidentur pertinere replicanda orantur. Ecce ut inquit dominus pro indulgentia peccatorum nostrorum deprecari uolumus quod nobis ad hoc prodest si ut quare fremuerunt gentes. et adtendite populi meus. et alium huiusmodi psalmum decantamus. Nonne ridiculum est ut talia cantantes orare uos

idem

sicut

edamus.